

quum maior quantitas minorem continet semel, ac vnam tantum particulam minoris, veluti 3 ad 2 proportionem habet sesquialteram. 4 ad 3 proportionem sesquiterciam. 11 ad 10 proportionem sesquidecimam, ita enim nomina imponuntur omnibus. Verum hinc notandum est, huiusmodi numeros ad minimam habitudinem reduci debere, quod facile fit, diuisa maiore quantitate per minorem, & fractione residua reducta ad minimos numeros, quibus scribi possint, per Canones in minutis datos. Vt si proportionem, quæ est inter 15 & 12 explicare placet, diuide 15 per 12, exurgunt $1\frac{1}{4}$, est igitur proportio sesquiquarta, Item 16 ad 14. proportionem habet $1\frac{1}{7}$, hoc est, sesquiseptimam, ac simili via de alijs iudicandum. Initium enim nominis est semper dictio sesqui, deinde à denominatore fractionis ex diuisione proueniens perficitur.

*Super-
particu-
laris.*

*De pro-
portionis
nomine
nota.*

Super